



Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

VII. Christus lauit pedes discipulorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](#)

rat eis, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Aut illi, tu dixisti. Similia Marc. 14. 18. 19. 20. 21. & Luc. 22. 21. 22.

CAPVT VII.

Christus lauit pedes discipulorum.

FIGVR AE. 1. Fratribus Ioseph in uitatis à Iosepho ad conuiuium lauantur pedes à famulis Ioseph. Genef. 43. 24. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditq; pabulum asinis eorum. Apostolis verò ab ipso Christo lauantur pedes.

2. Moyses cùm congregasset omnem tribum ad fores tabernaculi, obtulit Aaron & filios eius, cùm eos prius lauisset. Leuit. 9. 4. vt mandatum fuit. Exod. 29. 4. 5. 6. Et Aaron, ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimoniij. Cumq; laueris patrem cum filijs suis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes baleo, &c.

3. Abigail vxor Nabal adscita in uxorem Dauid, agnoscit se pro famula, vt lauet pedes seruorum Domini sui. 1. Reg. 25. 40. 41. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes. Dauid misit nos ad te; ut accipiat te sibi in uxorem. Quæ consurgens adoravit prona in terram, & ait.

S *

Ecco

*Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes
uorum Domini mei.*

PROPHETIAE. Psalm. 50. vers. 4

*Amplius laua me ab iniuitate mea, & a pec-
cato meo mundame. Vers. 9. Asperges me hy-
sopo & mundabor, lauabis me, & super nimis da-
babor. Cant. 5. 3. Exploriaui me tunica mea, quo-
modo induar illa? laui pedes meos quomodo inqui-
nabo illos? Isai. 1. 16. Lauamini, mundi estote, au-
ferte malum cogitationum vestrarum ab oculum, et
quiescite agere peruersè, discite benefacere. Thren.
1. 8. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est
finis sui: deposita est vehementer, non habens co-
latorem: vide Domine afflictionem meam: quo-
niam erectus est inimicus. Ezech. 36. 25. Efunu-
dam super vos aquam mundam, & mundabim
ab omnibus iniquinamentis vestris, & ab omniis
idolis vestris mundabo vos.*

VERITAS. Matth. 20. 26. 17. 28. Non

*ita erit inter vos; sed quicunq; voluerit inter su-
maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit
inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filio ha-
minis non venit ministrari, sed ministrare, & dare
animam suam, redemptionem pro multis. Luc. 22.
27. 28. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui
ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in me-
dio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem
sistis, qui permanistis mecum in tentationibus meis.
Ioan. 13. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
15. 16. Et cœna facta, cum diabolus tam misseret u-*



cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes:
 sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia
 à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cœna, &
 ponit vestimenta sua, & cùm accepisset linteum,
 præcinxit se. Deinde mittit aquam in peluum, &
 cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere lin-
 teo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem
 Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi la-
 uas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: quod ego
 facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei
 Petrus: non lauabis mihi pedes in æternum. Re-
 spondit ei Iesus: si non lauero te, non habebis par-
 tem mecum. Dicit ei Simon Petrus, non tantum
 pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus.
Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes laueret, sed est
 mundus totus. Et vos mundi estis sed non omnes:
 sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, pro-
 pterea dixit: non estis mundi omnes. Postquam er-
 go lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cùm
 recubuisse iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim
 vobis? vos vocatis me magister, & Domine, &
 bene discitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes ve-
 stro, Dominus & magister, & vos debetis alter al-
 terius lauare pedes, Exemplum enim dedi vobis:
 ut quemadmodum ego feci vobis: ita & vos facias-
 sis. Amen, amen dico vobis: non est ser-
 uis maior Domino suo: neq; a-
 postolus maior est eo qui
 misit illum.